



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 2. Belgradum, seu Alba Græca a Mahomete Turcarum Imperatore
obsessa

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. progressibus obicem ponere valeret.
A. C. 1456.

*Platina in
vita Callisti
III.*

tur, ut contra hunc Imperatorem inito
foedere arma caperent, apparuit in aere
cometa crinitus, qui totus igne flammis-
que succensus videbatur. Vulgus aliun-
de nimis credulum hoc portento ingen-
tem calamitatem sibi præfagiri timebat,
Callistus quoque summo terrore percul-
sus, precibus & piorum operum exercitiis
vacare necesse duxerat, ut sic saltem, in-
quiebat, Deus placaretur, atque a malo,
si quod gravius Christianis impenderet,
eos præservare dignaretur. Quapropter
publicas preces ac solemnes suppli-
cationes indixit, nec non quotidie cir-
ca prandii horam campanas pulsari præ-
cepit, quarum signo omnes Christi fi-
deles pro avertenda Dei ira preces fun-
dere monerentur; ac insuper eo tempo-
re omnibus orationem Dominicam, &
salutationem angelicam ter recitantibus
indulgentias concessit. Deus quoque
supplicum vota exaudiisse videbatur.

§. II.

Belgradum a Mahomete obsessum.

Interea Mahometes ex centum quadra-
ginta armatorum millibus, quibus
Anno post Christum natum millesi-
mo quadringentesimo quinquagesimo
quarto

quarto Constantinopolin occupaverat, Sæcul. XV. A.C. 1456.
 suum conflavit exercitum, ac superatis Thraciæ montibus usque ad Danubium
 flumen penetravit, & in mense Junio Anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto urbem Belgradum (ab aliis Alba-Græca nuncupatur) obsidione cinxit. Jam olim Amurates Mahometis Pat-
 ter hanc eandem urbem septem mensibus oppugnavit, sed turpiter obsidionem Nauclet. vol. 3 gener. 49. p. 479.
 solvere coactus est. Verum Mahometes exercitus sui potentia, ac propriæ suæ fortitudinis fiducia elatus, non solum eandem Patris sui sortem sibi nullatenus timendam esse credidit, verum etiam cetera jamjam regna, quæ capta semel hac civitate, subjugaturus esset, spe sua dimensus est, totamque Hungariam, Germaniam, atque Italiam armorum suorum victimam destinavit; Verum Deus in momento cuncta ejus temeraria dissipavit consilia.

§. III.

Belgradum per Joannem Huniadem obsidione liberatum.

Huniades, strenuus ille Bellidux, copias suas ad Danubii oram admovet, Belgrado suppetias laturus; Cum vero Turcæ transitum occlusuri accurrerent, res ad pugnae necessitatem pervenit. A-

G g 2 cerri-